

Policarpus



**P**olicarpus iohannis apli discipulus. smirneus eps ab eo creatus. ac totius asiae religione et doctrina tunc facile princeps: hoc anno pio presulante roma veniens: plurimos fidelium marcionis et valentiniani falsa persuasione deceptos ad fide rediit. Cum autem marcion obiit habuisset cum primogenitum diaboli dixit. Me gabat enim patrem christi deum esse creatorem: qui per filium mundum fecerat. Postea vero imperante. ad. antonino et. L. aurelio comodo quarta post nerone persecutione smirne sedente a proconsule igni crematus est. Cum quo etiam. xij. ex philadelphia veniens martyrium consummauit. hic cum esset doctissimus ac sanctissimus unam ad philippenses utilem scripsit epistolam. passus est autem septimo kal. februarij.

**P**raxedis virgo sanctissima: beatissimi pudentis romani filia: et gloriosissime pudetiane virginis soror. virgo siquidem in diuina lege eruditissima per hoc tempus usque ad anicetum fuit postquam patrimonium suum una cum sorore predicta in sustentatione pauperum erogasset: et totum vite sue tempus ipsius vigiliis et orationibus atque ieiuniis assiduis contriuisset: et uniuersam familiam numero. 90. manumississet. At postquam multorum martyrum corpora sepelisset. et ipsa beatissima. xij. kal. augusti migravit ad dominum coronam iusticie acceptura. Et via salaria iuxta sororem suam pudetianam in cimiterio priscille sepelitur. que etiam die eius natale a cunctis fidelibus celebratur.

Felicitas cum septem filiis



**F**elicitas romana femina matrona siquidem sanctissima per hoc tempus una cum septem filiis suis scilicet ianuario: felice: philippo: scylano: alexandro: vitale atque marciali: rome martyrium suscepit. Hec enim piissima mulier mente et corpore felicitas. hos septem filios deum colere docuit: ut coronam martyrii acciperent. Et primo quidem ianuarus primogenitus post virgarum verbera: plumbatis occisus est. felix vero et philippus fustibus mactati. Syllanus precipitio trucidatus interemptus. Alexander denique et vitalis atque marcialis capitali sententia sunt puniti. Nouissime autem et mater ipsa felicitas preter matrem consuetudinem: et ipsa gladio necata est. A quibus magnam spectaculum fidei nostre ante oculos positum est. Eorum dies celebratur. vi. idus Julij.

**P**tolomeus natione alexandrinus philosophus ac insignis astrologus: qui post tempora adriani imperatoris claruit hoc tempore agnoscitur. qui vir prestantissimus plus astronomie addidit quam id totum quod ante scriptum inuenit. Nam et almagestum opus diuinum et perspectivam edidit. De iudiciis etiam quadripartitum opus. et centiloquium ac alios multos conscripsit libros. Vixitque annis. 88. Ex eius autem puerbibus hec duo notanda inserimus. Inter homines qui non curant in cuius manu sit mundus: hic mundo altior est Et illud. Qui per alios non corrigit: nec alij per eum corrigentur. Quanto magis fini appropinquaueris tanto bonum cum augmento operare.

Aulus gellius



**A**ulus gellius romanus orator et insignis quidem grammaticus hoc tempore clarus existens agnoscitur. Qui inter cetera sue virtutis opera: cum a roma per hiemem in atticam proficisceret terram. commentarios celebres edidit quos in libros. xix. diuidens de nocturnis atticis titulo prenotauit. ideo de eo scribitur. Si que cecropia clarus latiaque camena esse iuuat: gelli scripta perbanda legat. Attica nocturni nunc cessura diurne. Ad varias artes que bene monstrat iter.

Apelles hereticus



Cathaphrigarum heresis exordium

**C**athaphrigarum heresim non desunt qui dicant hoc tempore ortam auctore montano. Is enim montanus heresiarcha pessimus natione phrygius nominauit se paracletum in phrygia et multos seduxit et eandem regionem cum vicinis regionibus ac multis erroribus infecit. Ibi quoque et priscam et maximillam clarissimas mulieres adeo seduxit: ut relictis viris suis secum publice incederent: et se eius inspiratione prophetissas dicerent. hi capadocie donum spiritus sancti non in apostolis: sed in se tantum traditum fuisse affirmabant.

**A**pelles alius hereticus in grecia fuit. Is dicebat christum non deum in veritate sed hominum fantasia hominibus apparuisse. hunc theodocion vir eruditissimus hereticissimum appellat: et suis scriptis percomode irridere conatur. Tacianus quoque hereticus primo christianus nominatus: deinde seueriani heretici ab eo processerunt hi omnem coitum spurcum putabant

Praxedis



Ptolomeus astronomus



Montanus hereticus

